

J a h r e s b e r i c h t
über das
Großherzogliche
Carl Friedrichs-Gymnasium
zu Eisenach,

womit

zu den am 14., 15., 16. und 19. März Statt findenden

Schulfeierlichkeiten

einladet

der Direktor des Gymnasiums,

Dr. Karl Hermann Funckhügel.

Voranz gehen:

Gustavi Schwantzi, *Philosophiae Doctoris, Gymnas. Praecept. Ordinarii,*
Observationes in Platonis Convivium.

Eisenach, 1842.

Gedruckt in der privilegirten Buchdruckerei.



Profession
Carl Friedrich Gauß

geb. am 31. März 1777
in Brunswick

Er ist ein Sohn des Herrn Gauß, Schultheiß in Brunswick.

Er hat die Schule in Brunswick besucht.

Er hat die Universität in Göttingen besucht.

Er hat die Rechte in Göttingen studiert.

Er ist jetzt in Göttingen, wo er die Rechte studiert.

Er hat die Rechte in Göttingen studiert.



Ἄλλ' ἔστι δὴ τις ἄλλος ἐν βροτοῖς Ἔβως
Ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε καὶ γαθῆς.
Eurip.

Quum Platonis scripta perlustramus nullum invenimus, quod, sive argumentum spectas sive formam, anteponi possit Symposio, nullum, in quo divini philosophi ingenium pulcrius videamus expressum*), nullum, ex quo, quam excelsus sit et magnificus Platonis animus, magis appareat. Hinc factum est, ut iam multis ex annis Symposio et edendo et illustrando operam navarent viri docti, atque cum libri demonstrarent virtutes, tum consilium indagare studerent, quod in eo scribendo Plato secutus esset. Ad praeclara autem doctissimorum virorum de Platonis Symposio scripta accessit nuper Alb. Iahnii Bernensis de eodem argumento peculiaris liber.***) Qui quum sane memoratu dignus videretur a varia et multiplici, quam exhibet, doctrina, miratus sum, cur nemo usque adhuc libri neque publice mentionem neque censuram fecisset. Itaque, quum Gymnasii nostri leges hanc scribendi mihi obtulissent opportunitatem, operae pretium mihi facturus visus sum, si ad ea, quae Iahnii profert, vel refutanda vel amplificanda pro arctis huius scriptionis finibus aliquid afferrem.

Ut via atque ratione progrediar in scribendo, priusquam ad Iahnii librum transeo, viri docti sunt percensendi, qui ante illum recentiore tempore de Platonis praeclaro et, ut ita dicam, unico opere aut brevius aut copiosius disputaverunt. Ut alios taceam, Fr. A. Wolfius***) pro vero probare conatur, Alcibiadis oratione libri contineri summam. Ex eius igitur senten-

*) F. A. Arnold Einleitung in die Philosophie durch die Lehre Platons vermittelt. Berlin 1841 p. 103: „Das Gastmahl ist unter allen grösseren Werken Platons unbezweifelt das anziehendste und verständlichste.“

**) Dissertatio Platonica, qua tum de causa et natura mythorum Platoniorum disputatur, tum mythus de Amoris ortu, sorte et indole, a Diotima in convivio narratus, explicatur. Accedunt scholia et enarratio eorum, quae inde a Plutarcho ad illustrandum mythum allata fuerunt. Scripsit Alb. Iahniius, Bernae Helvetius. Bernae apud C. A. Iennium filium MDCCCXXXIX.

***) Fr. A. Wolf. praefat. ad. Plat. Symp. p. XXX. Similis opinio iam prolata erat ab Hartmanno prolus. ed. a. 1797 Gubnae, de qua ita Beckius Commentatt. soc. philol. Lips. vol. I. p. 167: „Refutata illorum sententia, qui statuerent, Platonem animi causa in laudem Amoris scripsisse, argumentis firmare studet eam, auctorem voluisse vanas istas de Socratis in Alcibiadem amore opiniones impugnare atque adeo docere, amorem illum non fuisse turpem et illicitum, sed honestum atque legibus convenientem. Qua in re tractanda ita versatur, ut doceat, I) opus fuisse tali Socratis defensione, II) revera hoc Platoni consilium fuisse. Eo enim sumto omnium libelli partium esse nexum arctissimum idemque suadere Socratis Alcibiadisque orationum indolem internam.

At dissimulavit Plato hoc consilium cuius dissimulationis causa quaerenda in ipsius criminationis illius invidia.“

tia inprimis hoc in animo habuit Plato, ut Socratem, praeceptorem dilectissimum, a crimine defenderet, tanquam in familiaritate cum adolescentibus coniungenda turpius aliquid spectasset nec illorum animos honestate, virtute, pudore imbuere voluisset. Quod ut assequeretur, summi philosophi mores ad veritatem depinxit: omnes vero ceteras orationes, quae in Convivio insunt, Wolfius propter Alcibiadis argumentationem conscriptas esse opinatur.

A Wolfii sententia non magnopere discrepat Schleiermacherus, qui, quod Alcibiades ad Socratem in gloria et laude ponendum contulerit, totius libri summum esse existimavit propositum, quamquam non negat, etiam in amoris notione illustranda non minus versari philosophum.*)

Non eandem etsi non valde disimilem opinionem amplexus est L. I. Rückertus.***) Convivium, inquit, primo statim aspectu duas in partes dilabitur, nullo nisi loci et temporis vinculo coniunctae, quarum prior continet orationes de amore, altera Alcibiadis adventum narrat, Socratemque reddit laudatum. Quia autem in libro idem requirimus atque in pictura aut statuarii artificio, ut unus sit et materia et forma, quis est qui neget, illa duo argumenta inter sese diversissima non facili negotio ad eandem posse revocari ideam sive cogitationem? Res quidem prima specie ita videatur esse dirimenda, ut statuamus, Socratis exemplo, qualem sequi nos oporteat amorem, Platonem demonstrare voluisse: quodsi vero Symposium accuratius inspicimus, de hac sententia deducimur. Neque enim, si hanc opinionem sequimur, pars altera satis bene cohaeret cum priore, neque satis haec materia digna, cuius gratia Plato aetate iam propectus librum componeret, qualis hic est. Sed ad veritatem propius accedit, immo verum est libri argumentum, ut Socrates exemplar proponatur imitandum, quo philosophi Platonici dignitatem ac quasi divinum mentis habitum cognoscamus. Quaerenti autem, cur ipsum amorem Plato delegerit tractandum, id perspicuum erit, si reputaverit, amorem, quo ad argumentum suum explicandum usus sit philosophus, eundem esse ac philosophiam ipsam.

Aliter videbatur factum A. Hommelio.***) Cui quum persuasum sit, Platonem humani generis indolem intellexisse nomine Ἐρως, qui medius inter naturam et deum positus sempiterno beate vivendi teneretur desiderio, primis quatuor Convivii orationibus expressum esse censet, qua ratione omnia eaque diversissima, quippe quae vero fundamento carerent, hominum studia ad illum finem se dirigerent, ac postremum in fallaces dicendi artes abirent, quae in Agathonis inessent oratione. Platonem igitur id agere, ut Socratis verbis demonstraret, quam futiles sint et vanae ceterorum convivarum opiniones, quamque, qui puriore imbutus sit amore, is solus in honestatis et sapientiae studio vitam transigat constanter: Socratis vero sententiam Diotimae ore esse enunciatam itaque periculum evitatum, quod ipsi contra humanas opiniones pugnanti imminuisset.

Universa re dissentientem habet Hommelius Arn. Rugium.†) Ab eodem fere principio pro-

*) Schleiermacher Uebersetzung 2. Th. 2. Bd. S. 361: „So scheinen wir demnach in dem, was Sokrates über die Liebe sagt, und in dem was Alcibiades über den Sokrates, das Wesentlichste unseres ganzen Kunstwerks gefunden zu haben.“

**) L. I. Rückert. Plat. Conviv. p. 318 sqq.

***) Plat. Conviv. rec. A. Hommel p. XLIII sqq.

†) Platonische Aesthetik dargestellt von Arnold Ruge p. 25 sqq.: „Offenbar nämlich ist das Gastmahl ein Kunstwerk, welches zuerst in den Liebesreden Sokrates in der vollen Schönheit seines Wissens und

gressus ut H. Th. Röscherus, *) Convivium Platicum opus laudat summo artificio compositum, coque, quae in honestate appetenda et mente conformanda cernatur vivendi ratio, dilucide expressum esse statuit. Neque vero a Rugii stat parte Stallbaumius. **). Postquam enim exposuit sententiam eorum, qui putassent, Platonem animi causa laudes Amoris celebrare voluisse, aut Socratis imaginem ad ipsam veritatem expressam exhibuisse, primum hoc ipsi spectasse videtur Plato in scribendo Symposio, ut temperantiae, fortitudinis et moderationis imaginem quandam praerberet, qualis in Socrate fuisset conspicua. Deinde, si Stallbaumium sequimur, haec Socratis imago magis perficitur quasi et ad summam pulcritudinis speciem perducitur divina illa oratione de amore eiusque vi et natura, quam Socrates simulat secum a Diotima communicatam esse: denique docet philosophus, amorem non contineri solo pulcrorum formosorumque corporum studio et cupiditate, sed cerni omnino in ideae pulcritudinis h. e. pulcri per se spectati inextincto desiderio omnibus innato. ***)

C. Fr. Hermannus comparatione, quae fieret necesse erat, instituta Phaedri et Symposii: si in Phaedro, inquit, demonstratur, amorem, qui sensibus percipiatur, vulgarem homini et noxium esse et turpem eundemque animum deprimere et affligere, proptereaue eum, qui non amet, longe praeferendum esse amanti, qui inhonesto sese tradit amori: in convivio contra docetur, amorem ex indigentiae et inopiae, quo animus noster perfusus sit, prodire sensu. †) Ab hac prima significatione amoris, si pulcrum eum appetere cognoverimus, ad ipsam ducimur imaginem perfecti pulcri, quod idem in amore conspici Plato accuratius exsecutus est. ††)

dann in dem Benehmen bei dem ganzen Hergange und in der Lobrede des Alkibiades in der ganzen Schönheit seiner Bestrebungen darstellen will, oder um nicht die Hauptsache für die ganze Sache zu nehmen, das Gastmahl stellt ein schönes sittliches und intellektuelles Leben anschaulich dar."

*) Das Platonische Gastmahl dargestellt als ein philosophisches Kunstwerk von Dr. H. Th. Röscher. Röscheri dissertationem a C. Fr. Hermanno in censum vocatam (Ephem. scholast. Darmst. 1836 Nro. 40) contingere mihi non licuit.

***) Stallbaum. praef. ad Sympos. edit.

**) H. Sauppius brevibus iisque pulcerrimis verbis edit. Turic. adiectis non multo aliter cogitare videtur: „So soll also das Symposium keine einzelne philosophische Idee aussprechen, auch Sokrates Verherrlichung ist nicht der Zweck: — sondern gegenüber dem nichtigen Treiben der Gegenwart soll das, worin das wahre Leben bestehe, dargestellt werden, und die wirkliche Erscheinung dieses idealen Menschen soll die schwachen Sterblichen zum Streben nach dem nun als erreichbar Erscheinenden ermuntern: Also Mahnung zum wahren Leben, zum Studium der Philosophie, gegenüber dem gewöhnlichen Treiben, ist das Symposium." F. Ast., Platos Leben und Schriften p. 309: „Die Tendenz dieses Gesprächs ist am Schlusse der Rede des Sokrates deutlich ausgesprochen, die ächte Liebe nämlich als die lebendige und unsterbliche Philosophie darzustellen, deren Zweck wahrhafte Tugendbildung und deren Gegenstand die unvergängliche überirdische Schönheit ist." I. Socher über Platons Schriften p. 335: — „Sein Hauptzweck, welchem die übrigen Theile des Gesprächs bloß als heraushebende Schattenseiten dienen, scheint zu sein, uns mit der Theorie einer von aller gröberen Sinnlichkeit und Leidenschaft gereinigten geistigen Liebe zu beschenken." Heusde Init. Philos. Platon. Vol. I. p. 168: — „Exstant illa in Phaedro maxime, subinde etiam in Symposio: uterque vero dialogus eo maxime consilio scriptus est, ut vulgari Uranium opponeretur amor, qui proxime est cum virtute et pulcro morali coniunctus et cognatus."

†) Sympos. p. 200 A. sqq.: τοσόνδε δὲ εἶπέ, πότῃρον ὁ Ἔρως ἐκείνου, οὗ ἴστω ἔρως, ἐπιθυμῶν αὐτοῦ, ἢ οὐ; Πάνυ γε, φάσαι. Πότερον ἔχων αὐτό, οὗ ἐπιθυμῶν τε καὶ ἔρῳ, εἴτ᾽ ἐπιθυμῶν τε καὶ ἔρῳ, ἢ οὐκ ἔχων; Οὐκ ἔχων, ὡς τὸ εἶκός γε, φάσαι.

††) K. Fr. Hermann Gesch. und System der platon. Philosophie Th. I. S. 521: — So wenden wir uns
1 *

Haec C. Fr. Hermannus. Diversas virorum doctorum de supremo fine, quem Plato in scribendo Symposio secutus videretur, sententias colligere, et, quam brevissime possem, ad umbrare, nec tamen rem, quod aiunt, cum pulvisculo exhaurire volui. Iam ad ipsius Iahnii dissertationem perveniamus. In prima autem eius parte, in qua generatim atque universe de mythis Platonice disputavit, *) recte progreditur ita, ut Platonis locos gravissimos proferat, quibus res ad mythum pertinentes tractantur. Insignis est in hoc genere Timaei p. 29 B. C. D.: *ὡς οὖν περὶ τε εἰκόνας καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ἀνπερ εἰσὶν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ζυγγενεῖς ὄντας τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ τοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους καὶ καθ' ὅσον ἀνελέγκτους προσήκει λόγους εἶναι καὶ ἀκινήτους, τούτου δὲ μηδὲν ἐλλείπειν τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκείνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνας, εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας. ὃ τι περὶ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. εἰάν οὖν, ὦ Σάκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντός γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντη πάντως αὐτούς αὐτοῖς ὁμιλοῦμεν λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσης, ἀλλ' εἰάν ἄρα μηδένος ἤττον παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χεῖρ, μεινημένον, ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρώπινην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχόμενους πρέπει τούτον μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.* Quocum Platonis loco si comparaverimus, quae in Tim. p. 40 D. 72 D. Critia p. 107 A. sq. Phaedro p. 246 A. p. 265 B. Gorg. p. 523 A. 527 A. Politic. p. 268 D. Phaedone p. 108 D. 110 B. 114 D. explicata sunt, et quae in Symposio Diotima **) de Amoris origine et indole narravit, nobis erit concedendum, in eum

denn lieber zu dem Symposium zurück, das jedenfalls nicht nur in oratorischer Hinsicht ein weit glänzenderes Denkmal des platonischen Geistes ist, sondern in philosophischer selbst den Phädrus insofern übertrifft, als es auch die niederen Stufen der Liebe nicht mehr blos im Gegensatze mit der geistigen Erotik betrachtet, sondern auch ihnen ihr Recht angedeihen lässt, und sie mit jener unter einem gemeinschaftlichen Oberbegriffe zusammenfasst; galt es dort den Beweis, dass die sinnliche Liebe dem Menschen ebenso schädlich als entehrend sei, den Geist an den Boden fessele, und aus diesem Gesichtspunkte aufgefasst der Nichtliebende eben so sehr den Vorzug vor dem Liebenden verdiene, als aus dem entgegengesetzten die Liebe etwas Hohes und Edles sei, so zeigt das Gastmahl, wie allen Aeusserungen der Liebe der Begriff der Bedürftigkeit und des Mangels gemeinsam sei, den es dann in Beziehung auf die drei Theile der Seele, die der Phädrus aufgestellt hatte, nachweist. — S. 523. — betrachten wir aber erst diese Begriffsbestimmung selbst, wie sie sich von der allgemein formalen Kategorie der Liebe als Bedürfnisses in Diotimas Rede durch die nähere Bestimmung der Schönheit als ihres Objectes bis zu der transcendenten Höhe entwickelt, wo alles Liebenswürdige in der einzigen Idee des Urschönen, alles Dichten und Trachten in dem Versenken in diese aufgeht, so werden wir darin eine viel organischere Abstufung erkennen, als sie der Phädrus in seinen vier Gattungen des Wahnsians zur Erklärung der Liebe beibringt, und so wenig auch darum der letztere in eine frühere mehr sokratische Periode Platos verwiesen werden darf, so werden wir doch gerade die Verklärung und speculative Weihe des sokratischen Elements, die wir oben (S. 389.) als charakteristische Eigenschaft dieser Periode aufstellten, in keinem Gespräche herrlicher als in dem Gastmahle verwirklicht finden."

*) Monendum erit hoc loco, Iahnium nimis prolixè ornare studuisse commentationem suam ingenti locorum farragine, quos etiam ex iis scriptis citavit, quae prorsus abhorrent a Symposii argumento, (v. c. I. Paul. Fr. Richteri Sel., E. Schulzii, A. Lamart., W. Goethii carmina et permulta alia) ut satis mirari non possimus, unde Iahnus p. 2 dixerit: „Tenendum autem est, me nullis adminiculis, sed meo, ut dicitur, Marte de hoc argumento explicaturum esse."

**) Locus ex Symposio p. 203. B. a Iahnio laudatus nihil probat.

finem fabulas conscripsisse Platonem, ut, quae divina sint et coelestia, imagine adhibita et similitudine perspicua redderet hominis menti, utque fabulis ad hominum captum sese accommodaret.*) Accuratus autem perspecta fabularum natura satis elucet, pro variis rerum generibus varia fabularum genera apud Platonem existere. Commemoranda primum est fabula, quam Iahnus dicit, theologica, quae in rebus divinis illustrandis versatur, tam arcto cum ceteris mythis coniuncta vinculo, ut ab iis separari nequeat. Neque tamen rebus divinis tantum occupantur fabulae, accedit alterum genus: nam cum philosophus etiam naturae humanae perspicuendae operam det, duplex fabularum species oritur, quarum altera originem et naturam animae humanae explicat, altera, quae animae post obitum futura sit conditio, **) praesagiendo prospicit. Tertium deinde genus, cosmogonicum a Iahnio appellatum, quae sint initia rerum, e quibus nascuntur omnia, monstrat et patefacit: quarti denique generis, fabulae physicae, partes sunt praecipue et materia, ex qua quaeque res efficiatur, et vis, quae quidque efficit. ***) Ad has quoque fabulas referenda est ea, quam Plato in Convivio de Amore narravit, ut tota quidem primum sit ex primo genere, deinde ex parte secundi generis prima, ex capite denique quodam quarti generis. Quodsi vero universam mythorum Platoniorum rationem recte intelleximus, patebit, summi eos esse ponderis et auctoritatis, ita ut prorsus reiiciamus istorum hominum falsam opinionem, qui nil in iis nisi ineptias pene aniles vel ingenii viderint lusum.

Ita Iahnus de causa ac natura fabularum Platoniarum. Quae si examinamus momentoque suo ponderamus, primum negari non potest, illum nimis confidenter suam tueri opinionem, †)

*) Quae de fabularum Platoniarum causa ac natura a pag. 13. usque ad p. 30 protulit Iahnus, uberius et fusius, quam necesse erat, dicta sunt. Ceterum conferas praeter viros ab ipso laudatos I. Friesium disputantem: Julius und Evagoras Th. 2. S. 311: Sobald wir im Glauben über den allgemeinen Gedanken des Vollendeten, Schrankenlosen, Unbedingten hinausgehen, müssen wir uns endlicher Vorstellungen bedienen, um das Ewige zu denken. Unsre Erkenntnisart wird nothwendig tropisch, und erhält nur bildlichen Werth. Sobald wir den Glauben an ewige Wahrheit ausführlicher auszusprechen suchen, müssen wir alles nur auf menschliche Weise denken, indem wir uns die unbedingte Vernunft in Analogie mit der menschlichen denken. So muss sich diese Sprache des Bildlichen bedienen."

**) Fries l. c. p. 313: „Nur nach zeitlichen Bildern und nach Bildern der Naturumwandlungen vermögen wir diesen Gedanken der ewigen Hoffnung weiter zu folgen" ac deinde sequenti pagina: „So wie wir den ersten idealen Ausspruch der Glaubenslehre verlassen, welcher sich durch die Ideen des Vollendeten bestimmt, so tritt unser Gedanke in die Ahndung über, er verliert alle begreifliche Wahrheit, zeigt das Ewige nur in zeitlichen Bildern und hat nur jene Wahrheit der Schönheit in sich, von welcher die religiöse Dichtung belebt wird."

***) Iahn. l. c. p. 52.

†) Iahn. l. c. p. 42: „Possem, si hoc nunc agendum esset, contendere, eos, qui ad hunc usque diem fabulam de Amore in Convivio explicare conati sunt, ad unum omnes, quod propositum habuerunt, hanc potissimum ob causam non consecutos esse, quod aut fabularum apud philosophos, maxime vero apud Platonem, causam et naturam non perspectam statuerint, aut nostram illam observationem neglexerint, aut, etiamsi hanc cognoverint, in natura fabularum Platoniarum hospites fuerint, aut, hac etiam cognita, quod in hac haeserint et impediti sint, ut aut nimium singula premerent, aut necessaria ad veritatem negligerent." Vellem fecisset, quod deinde addit et quod ei longum erat: multa enim alia rectius in dissertatione omitti poterant: „Sed id nunc quidem singulis nominatis exsequi longum foret neque parem operae fructum praeberet: vera autem, quae dixi, an sint nee, quisque statim intelliget, quem eorum vim ac rationem, quae a nobis disputata erunt de fabula in Convivio proposita, cum illorum inventis conferre non pigebit."

aliorum repudiare: *) nihilominus tamen aliis locis sibi ipse contradicens in scriptis ceterorum Platoniorum aliquid veri invenire sibi videtur. *) Deinde, quamquam Iahnus fuse lateque **) dixit de Amoris fabula, qualis apud Platonem narratur, videre non possumus, quam novam lucem difficili de mythis Platonice doctrinae attulerit, ac profecto taedium fere movet, si pag. 41. l. c. ingenuè fatetur: „et in hac quidem re ea nos praestitisse arbitramur, quae, nisi omnia animum fallunt, omne desiderium firmamentorum quaestionis nostrae explent.” Omnino autem in iis acquiescere possumus, quae C. Fr. Hermannus de mythis Platonice perbene indicat. †) Quod denique Iahnus p. 32. fabulas Platonice in quatuor partes divisit, ipsum non fugit, physicae fabulae nomen non recte a se fuisse usurpatum: ††) quapropter non poterat non aliam proponere partitionem. Ceterum non modo mythi, qui animam spectant, sed ii etiam, qui pertinent ad reliquas tres partes, cum philosophia coniuncti sunt. Illud etiam reprehenderim, quod ne verbo quidem de fabulis historicis monuit, quae quovis pacto commemorandae fuerant. Huc accedit, quod via, quam persequentes ad rectam perveniamus mythorum partitionem et explicationem, iam munita erat a Godofredo Hermanno. †††) Cuius ex sententia varia de mythis iudicare possumus ratione: sive continent mythi meras fabulas, utpote quae totae constant ex rebus fictis commentitiisque, sive historia nituntur, sive philosophorum adumbrant praeepta, sive in eorum insunt integumentis dogmata sacra et religiosa. Quae quidem aut doctrinam ad-

*) V. Iahnii annotat. ad pag. 36, ubi mira sane legimus: „Horum gregi se adscribere minime dubitavit Rückertus, quum scriberet, quae scripsit in putidissima illa Expositione de Platonis Convivio p. 290 inf. et sq. Tu quaeso audias, quae Astius homini in philosophia platonica hospiti obiecit in Ephemer. Litt. Ien. 1832. Nr. 52. p. 438,” ac deinde: „Platonem propter fabulosum in Timaeo docendi genus eadem temeritate reprehendit etiam Lobeckius, qui nobis Platonem cum Iacobo Boehmio tamquam mysticum composuerit Aglaoph. l. 2 t. 2 p. 946 not. Tanti est in philosophia platonica haud plane hospitem esse!” Immo hunc philosophiae Platonice hospitem, quem eundem dicit Rückertus, p. 147 Wielandii appellat simiam. Veruntamen, si non omnia, quae Wielandus in Aristippo suo protulit, probaverim, non ita, ut Iahnus fecit, despiciam et pro nililo putem.

**) Iahn. l. c. p. 146: „Nimirum isti omnes, spreto profanis Wielandii nugis et calumniis, qui non magis quam eius simia Rückertus de amore universo, non vulgo sic nuncupato, ista fabula agi vidit, in hoc omnes consenserunt idque pulere intellexerunt, nostra fabula universam humanae vitae conditionem declarari et. s. p.” cfr. etiam p. 36.

**) Nimirum non erat, quod explicaret p. 14: „Nam, ut oculorum sensu utamur, qui in nobis est accerimus, quaecumque videmus singula, semper alio tempore aliam induunt naturam: velut, in accidentium genere, pulcritudinem non proprie ac per se videmus, neque hoc vel illud eius nomine appellare possumus. Et sic fieri videmus in omni harum rerum genere et. q. s.” Satis tritum, commune et pervagatum illud p. 15: „Atque sensuum quidem omnes mortales participes esse fatendum est, mentem vero et scientiam deo propriam esse, nec nisi aliquantulum homines attingere.” et sic sexcenties.

†) C. Fr. Hermann l. c. p. 346: „— und wird uns diese Einsicht vielmehr dazu dienen, dass wir die Mythen und sonstigen dichterischen Partien seiner Schriften nicht etwa blos als äusserlichen Schmuck der Rede, sondern als wesentlichen Bestandtheil seiner geistigen Eigenthümlichkeit betrachten, und nicht hinter, sondern in ihnen selbst Platos Lehre und Ansicht suchen, wie sich dies auch im Folgenden aus dem Charakter seiner Lehre selbst ergeben wird.

††) Iahn. l. c. p. 32: „Quod autem physicum hoc fabulae genus nuncupavimus, intelligimus sane, hoc offensione non carere: neque enim nos fugit, etiam illud fabulae genus, quod in explicanda origine mundi sive naturae rerum versatur, ad physica pertinere.”

†††) G. Hermann über das Wesen und die Behandlung der Mythologie, Br. an Creuzer S. 14. f.

mittunt divinitus patefactam: hanc si credimus, quaevis nobis praecisa est illorum explicatio: aut ex humana petita sunt ratione et philosophorum praeceptis illustrandis inserviunt. Ita G. Hermannus: cuius si amplectimur opinionem, omnino errores evitamus, quibus in mythorum partitione implicari se passus est Iahnus.

Sed haec hactenus. Ad eam nunc me convertam Iahnii dissertationis partem, in qua deinceps tractantur, quae ad fabulam cognoscendam et recte aestimandam necessaria sunt. Quod quidem sic ab eo institutum est. Postquam exposuit, quaenam causa fuisset, cur convivium illud haberetur, quemque sermonem de Amore Agatho cum convivis contulisset, explicavit, Graecorum deum Amorem accuratius se considerare velle ait. Duplex autem erat amor Graecorum ex Iahnii opinione: priscus ille, quem Hesiodus, *) Parmenides, Empedocles, alii commemorarunt, quemque mundum rudem antea, inertem, caliginosum in ordinem ac concentum redegit fabulati sunt. **) Sed interiecto aliquo tempore alius evasit Amor: namque recentiores poetae ita eum adumbrabant, ut cum ad populi captum magis eum fingerent et accomodarent, tum quae singuli quique studia persequerentur, sive recta essent sive prava, ad Amorem ea referrent. In enumerandis igitur Amoris virtutibus non tam veritati studebant, quam quae iis speciosa videbantur, etsi erant fallacia, fucosa, pro veris venditabant: neque priscas, quas poetae protulerant, fabulas satis intelligebant, neque antiqua philosophorum placita recte adhibebant. Hanc ipsam viam ad unum omnes, excepto Socrate, ingressi sunt in Platonis Convivio. At Socratis, quam secutus est ratio, ab istis plurimum differt. Qui quidem id sibi proposuit, ***) ut convivarum, qui apud Agathonem convenerant, et ipsius Agathonis, quas proposuerat, opiniones refelleret, deinde ex Diotimae praeceptis Socratis ore eas emendaret, denique, qualis et quantus fuisset Graecorum vir sapientissimus, Alcibiadis verbis demonstraret.

En habes Iahnii de Convivii consilio opinionem, de qua postea iudicium meum constituam. Atque cum, quae praeterea de convivarum argumentis disseruit Iahnus, dubitationem nullam moveant? restat pars tertia, in qua ipsius fabulae de Amore explicatio inest. Commemorentur vero, inquit, necesse est personae, quae praeter Amorem in scenam producuntur: huc igitur pertinent Iupiter, maritus, Consa, uxor, Affluus, Consae filius, Venus, Inopia, Amor, Afflui et Inopiae filius. Sed in principio illud tenendum est, per horum nominum integumenta et mundum, quem dicit Iahnus, intelligibilem perspicere, et materiam, quae Inopiae notione ex-

*) Hesiod. Theog. v. 116.

**) Iahn. l. c. p. 45 sqq. Heusdius l. c. vol. I. p. 108: „Quae fictio perquam placuit antiquis poetis et philosophis. Hinc enim cum alia multa, tum Empedoclis *φιλία καὶ μίσος* et *ἔδος* apud Aristophanem in pulcherrimo Avium choro, ubi Nox dicitur in Erebi sinu ovum peperisse (Aristoph. v. 696):

ἔξ οὗ περιτλαμένως ἄρας Ἰδακττις Ἔρας ο ποτίνου.

Nato autem amore, orta dicuntur omnia, ipsi adeo exstitisse Dii immortales.

*πρότεροι δ' οὐκ ἔτι γένος ἀθανάτων, πρὶν ἔρας συνέμειναι ἅπαντα
ἕμεινυμένω δ' ἐτέρω ἐτέρως, γένετ' οὐρανὸς ἀϊκάνης τε
καὶ γῆ, πάντων τε θῶν μακάρων γένος ἀφθίτοι.*

***) Iahn. l. c. p. 49: „Qui mihi quidem hoc libro id maxime spectasse inque eo elaborasse videtur, primum ut ostenderet, quam remotae a veritate essent opiniones de Amore vel apud elegantissimos et eruditissimos viros, quantumvis illi, e sophistarum scholis profecti, suas opiniones omnibus artificiis ad veritatis speciem componerent et exornarent, tum ut Socratis ore emendaret illas opiniones et simul sua de Amore placita, ex ipsius veritatis fonte atque ex Socratis sermonibus hausta, in medium proferret, post Socratem ipsum Alcibiadis oratione vivum et spirans veri et perfecti amatoris exemplar in terris fuisse significaret.”

primatur. Mundo vero intelligibili,*) qui divinitatis h. e. sapientiae, bonitatis, pulcritudinis formis occupatur, ascribendae sunt primum Consa et Venus. Coniuncta autem est Consa sive sapientia cum Iove, Olympi praeside mundique gubernatore: quae relinquuntur ideae boni et pulcri, Afflui et Veneris nominibus significantur. Cui divinitatis formae opposita est Inopia, quae quum boni pulcrique, coelestis omnino naturae, virtutibus destituta sit, ut earum participes fiat, omni ope et opera caritur.**) Inde congressionem quoque illam Inopiae cum Affluo explicare possumus eamque ob causam Amor, utriusque filius, et divina sive bona, et mortali sive deteriore natura praeditus a Platone simulatur.***) Videmus ergo, Amorem nihil aliud esse nisi ipsum animum humanum, qui quidem ita comparatus est, ut divina ortus stirpe idemque mortali mixtus materia amissam suam coelestem naturam recipere ardentem cupiat. Atque, quamquam Plato Graecorum mythologiam negligere non debebat, tamen hoc quoque in Symposio spectavit, ut quae vulgo de Amore valeret opiniones superstitiosae, cum philosophorum coniungeret sententiis, et sensim ac moderate cives suos eo perduceret, ut puriorem amplexarentur doctrinam. †) In cum enim finem a philosopho conscripta sunt omnia, quae de ancipiti daemone Amoris indole disputavit. Est igitur Amor philosophus, prudentiae cupidus, idem tamen peritus incantator et veneficus. ††). Qui enim homo meliorem suam indolem neglexerit, is boni tantum speciem sectatur nec unquam ipsum consequitur bonum. †††) Libidinibus se duci patitur talis homo, divitias, ut sibi comparet, curat, eoque, quod bonum quodque pulcrum est, frustratur. Quid? quod quamvis se veram assecuturum esse felicitatem opinetur, nihilominus tamen nil nisi eius imaginem et umbram consecrabitur. Corporeis modo deditus voluptatibus, nunquam iis, quae tenet, bonis contentus nova exoptabit et in ipsa omnium rerum abun-

*) Huc referenda sunt Iovis, Consaе, Afflui, Veneris nomina. Cf. praeterea Plat. Phaedr. 246 D.: τὸ δὲ θεῖον, καλόν, σοφόν, ἀγαθόν, καὶ πᾶν ὃ τι τοιοῦτον. Τούτων δὲ τρέφεται τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχυρῶ δὲ καὶ κακῶ καὶ τοῖς ἐκατοῖσι φθίνει τε καὶ διόλλυται, ὃ μὲν δὲ μέγας ἠγάθει ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνει πτηνὸν ἄξιμα πρῶτος πορεύεται διακομῶν πάντα καὶ ἐπιμελοῦμενος.

**) Iahn. l. c. p. 67: „Aptiorem, qua haec omnia doceret, imaginem induta similitudine Affluentiae et Inopiae invenire Plato non poterat: communionem vero illam, sine qua nullam unquam formam tenebat materia et omnino esse non posset, eo optime expressit, quod Inopiam divinae copiae et beatitatis cupidam eiusque participem finxit.”

***) Plat. Symp. p. 204 B.: αἰτία δὲ αὐτῶ καὶ τούτων ἡ γένεσις, πατέρες μὲν γὰρ σοφοῦ ἔστι καὶ εὐπόρου, μετρες δὲ οὐ σοφῆς καὶ ἀπόρου.

†) Allgem. Darmst. Schulz. II. 1833. S. 20: „Diesem Mythos nahe verwandt ist die herrliche Darstellung der Dämonen im Gastmahl: zwischen Göttern und Menschen stehend sind sie Dolmetscher zwischen beiden, und befördern jeden geistigen und wissenschaftlichen Verkehr mit den Himmlischen, vor allen Eros, das Element unseres Strebens nach physischer und sittlicher Unsterblichkeit. Doch selbst hier wird ein mythisches Gewand bemerkt: und so bleibt allein der Satz beharrlich und gültig, dass die höchste Kraft der Seele selber als ein δαίμων von Gott den Menschen eingepflanzt sei, und eben dadurch unablässig ihn an seinen erhabenen Ursprung erinnere, dass ein solcher Dämon sogleich mit der Geburt jedem als Führer beschieden auch in das andere Leben ihn begleite: welche Anschauung Mephaner in gefälliger Fassung popularisirt hat.”

††) Iahn. l. l. p. 81 sub fin sqq. Plat. Symp. 203 D.

†††) Plat. Tim. p. 90 B.: τῶ μὲν οὐκ ἐπὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τιτυττακότι καὶ ταῦτα διαποιεῖντι σφοδρὰ πάντα τὰ δόγματα ἀνάγκη θνητὰ ἐκγεγονόκεν, καὶ παύσασθαι καθ' ὅσοι μάλιστα οὐκ ἐπὶ θνητῶ γενέσθαι, τούτου μὲν δὲ σμικρὸν ἐλλείπει, ἅτε τὸ τοιοῦτον ἐνὶ ἡρώκοι κ. τ. λ.

dantia alter Tantalus evadet. Homines igitur sic comparati omnino absunt a vero illo et divino amore. Dignitatis suae obliti et ratione destituti omne ponunt momentum in formarum venustate, neque intelligunt, hanc, quam possidere studeant, pulcritudinem, vanam esse, fluxam, imaginariam, et miseri illi atque inopes ad finem propositum nunquam perveniunt. *)

Hic vero Amor incantator, fascinator, sophista magnopere differt a boni amoris iudole. **) Etenim homo, qui se ipsum cognoscere vult, bene intelligit, quantum praestet ceteris animalibus animi virtutibus, et sapientiae fit amator. Itaque discendi cupiditate incensus non fallacia quaerit bona: neque pendet ex vulgi et imperitiae multitudinis opinionibus, neque homines tenere cupit specie quadam virtutis assimilatae. Non corporea sed animi et mentis pulcritudine oblectatur, quam sanctitate, temperantia, sapientia contineri plane non dubitat. Quam ubi in hominibus perspexit, laetatur: in eorum familiaritatem penitus intrat, et ipse divino impletus amore in eiusmodi hominum animis cum gignere enixe contendit. ***) In quo quidem non omitendum est, hominem ea, quam diximus, mente ornatum saepe numero dolere, sibi, licet in se et in aliis boni pulcritque semina alat, non ita, ut gestiat, respondere eventum: sentit nimirum mortalis suae et deterioris naturae inopiam et imbecillitatem, seque ipsum neque divitem neque mendicum esse non ignorat. At tantum abest, ut bona eius natura longuescat et haereat, impedimenta ei opposita accendunt et augent vires, nec unquam prorsus a scopo aberrat, quem tuetur. Sic multis gradibus ascendens ad humanae naturae fastigium tandem pervenit, de quo Plato Symp. p. 211. C.: ἔστ' ἂν ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκείνο τὸ μάθημα τελευτήσῃ, ὃ ἔστιν οὐκ ἄλλον ἢ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ καλοῦ μάθημα καὶ γνῶ αὐτὸ τελευτῶν ὃ ἔστιν καλόν.

Haec ille. Comparata autem altera et tertia libri sui parte cum prima, de qua iam disputavi, haud difficulter cognoscemus, quid sibi in Convivio Plato voluerit, dilucidius et verius quam in prima dissertationis parte esse expressum. Quod vero dixit, †) id egisse Platonem, ut falsas easdemque levissimas de Amore opiniones dilueret, hoc quidem recte sese habet: attamen per negationem potius elocutus est suam sententiam Iahnus, quam ut, quod desideres in ipso argumento proponendo, quae sint illa de Amore placita, commemoraverit, neque satis hoc est explicatum, si pag. 131 legimus: „mibi quidem totum dialogum περὶ ἔρωτος esse ve-

*) Iahn. l. c. p. 93: „In unum hunc mente colligito omnia, quae adhuc de amore disperse et diffuse dicta sunt, eaque tibi in conspectu quasi animi ponito: tum sane cognosces, quinam sit Amor ille, cuius tam insuavem et non vitalem fabula depingit vitam, qui semper sordidus, horridus, exilis sit, et nunquam domi suae habitans, semper ante fores deliciarum et amorum suorum, exclusus ab iis, sub divo pernocket, qui denique semper in mendicitate et inopia habitet et haereat. Neque minus videbis, quid sibi illud velit, quod Amor depingitur ut insidiator bonorum et pulcorum, ut fortis et temerarius, ut peritus venator, machinator assidens, ut is, qui tum quidem inanis languescat et emoriatur, tum vero reviviscens novo ardore crescat, in ipso autem affluentiae fructu dilapsam amittat semper et desideret possessionem.”

**) Iahn. l. c. p. 94. sqq.

***) Plat. Symp. p. 209 B: ζῆτεῖ δὲ, οἷμαι καὶ οὔτεσ περιῶν τὸ καλὸν ἐν ᾧ ἂν γενήσκειν ἐς τῷ γὰρ αἰσχροῦ οὐδέποτε γενήσκει — καὶ ἐὰν εὐτύχη ψυχῆ καλῆ καὶ γυναικὶ καὶ εὐφροῖ, πάνυ δὴ ἀσπάσεται τὸ ἐναικαρότερον, καὶ πρὸς ταῦτα τοῖς ἀθροῦσι εὐδύς εὐπορεῖ λόγων περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ οἴου χρεῖ εἶναι τοῖς αἰδέσθαι τοῖς ἀγαθὸν καὶ ἢ ἐπιτηδεύειν, καὶ ἐπιχειρεῖ παιδεύειν κ. τ. λ.

†) Iahn. l. c. p. 49.

rissima veterum videtur sententia: id enim argumentum, primum *καθαρητικῶς*, deinde *Θεωρητικῶς*, denique *πρακτικῶς* illustratum habemus," quamquam hoc verisimilitudinis prae se fert speciem. Atque bene, quod putaverim, fecisset, si C. Fr. Hermannii sententiam esset secutus, quae quidem ita composita videtur, ut, illa adiuvante, ad veram perducamur Symposii cognitionem et intelligentiam. Neque deinde L. I. Rückerti perversitas tanta est, quanta, quamquam cum eo fecit Astius,*) a Iahnio fingitur: etenim, quamvis libenter concedam, iis, quae Rückertus dixerit, non amorem esse significatum tanquam Symposii argumentum summum, contra philosophi imaginem, quam Plato describendam suceperit, tamen e Rückerti verbis colligi non potest, Amorem depingere non voluisse Platonem; „est enim," inquit Rückertus, „eadem vera philosophia atque ars amandi, et sapientiae fecundissima mater, et perfectae, ut inter mortales, honestatis."**) Deinde quod reprehendit C. Fr. Hermannum, utpote qui Diotimae orationem laudibus in Socratem collatis plus iusto praeposuerit, in quo maius sit momentum quam in Diotimae cum Socrate colloquio, sane nescimus. Atque vereor, ne quodammodo sibi ipse contradixerit Iahnus. Qui quum modo notavisset C. Fr. Hermannum, quod plus, quam necesse erat, Diotimae disputationem praetulisset, paulo post alios castigat viros doctos,***) qui nimiam vim tribuerint Aristophanis sermoni. Utinam ne plane falsas viris doctis subinde

